nita tractatio. Id est qui non diligit
fratrem suum quem videt. deum quem non videt
quomodo potest diligere? Et hoc mandatum
habemus ab ipso ut qui diligit deum diligat et
fratrem suum. Huc usque disputatum erat;
quae secuntur ergo ex ordine videamus. Omnis
qui credit quod ihesus sit christus. qui non sic vivit quo
modo praecepit christus. Multi enim dicunt credo.
sed fides sine operibus non valet. Opus autem
fidei ipsa dilectio est dicente paulo apostolo.
Et fides quae per dilectionem operatur. Opera quidem
tua praeterita ante quam crederes vel nulla
erant. vel si bona videbantur inania erant. Si
nulla erant. sic eras quasi homo sine pedibus
aut vexatis pedibus ambulare non valens.
si autem bona videbantur antequam crederes
currebas quidem sed praeter viam currendo erra
bas potius quam perveniebas. Est ergo nobis et
currendum et in via currendum. qui praeter viam
currit inaniter currit immo ad laborem
currit. et tanto plus errat quanto praeter viam
currit. quae est via per quam curri
mus? christus dixit. Ego sum via. quae
patria quo currimus? christus dixit.
Ego sum veritas. per illum curris. ad illum
curris. in ipso requiescis. Sed ut curreremus

ex deo natus est; Quis est qui non credat quod ihesus sit christus.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_218/0158